Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



180

Sicut quique non requiem sed tribulationem quaerit. Nouit enim quoniam tribulatio patientiam operatur. Et nomen dni inuocaui. quo prestante. et dolor. et tribulatio. celeriter uinceretur.

Paruuli sunt. quisibi certissime uidentur exigui. sed dni largitate grandescunt. quos custodiens eximius pastor. cum eos arapaci lupi incursione defendit. quando eos humiliatos inuenit.

Eripuit. beneficiu diuinae uirtutis ostendit. quia nisi peius potentiam nullus ualuisset a morte ppetua liberari. Oculos meos alacrimis. id ploraui ut rideam. luxi ut in sempiterno gaudeam. cu dicit alapsu. ostendit lubricu. et pronum ee peccatu. unde se credidit ereptu.

Alleluia. uox fidelium. Sermo beatorum. Modulatio secu canentium.

inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni. & nomen dni inuocaui.
O dne libera animam meam. misericors dns & iustus. & ds noster miseretur.
Custodiens paruulos dns. humiliatus sum & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam. quia dns benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte. oculos meos a lacrimis. pedes meos a lapsu.
Placebo dno. in regione uiuorum.
ALLELUIA.
Uox martyrum inuictorum. qui gloriosam mortem pro xpi nomine sustinuerunt.

Cum dicit prophete libera animam meum. Confitetur eam sine dno semper esse captiuam. misericors. quia illi inclinauit aurem suam. Iustus. quoniam corripuit peccatorem aduenientem. Miseretur. cum recipit filium quem flagellat.

Amat enim populus deuotus. qui precioso sanguine est redemptus. qui ad desideratam requiem peruenire promerut dno largiente.

Placebo dixit. iam securus. Tunc enim iusti placebunt dno. quando ulterius depeccatorum aduersitate nil metuunt. In regione uiuorum. in congregatione scorum. ubi omnis uiuens reuera colligitur. et a sorte morientium separatur.